

PRAEFATIO.

animus vniuersum doctrinarum moralium am-
bitum definire, sed ea tantum praecepta tra-
dere, quae strictissime iusti iniustiae nomine
compellari merentur. Non reprobo, quae
virtutis sunt, quae internam mentis animique
tranquillitatem stabiliunt atque confirmant;
sed quod lege non praecipitur faciendum, vel
prohibetur omittendum, id virtus suis pree-
ptis vel commendat vel reprobatur, vel ipsa pie-
tatis atque religionis ratio iubet aut faciendum
aut omittendum. Cuius ergo doctrinae suae
sunt limites theoreticōs obseruandi. Is ergo,
qui factum aliquod a nota iniustitiae liberat,
propterea non approbat factum, potest enim
vel virtutibus contrarium esse, vel ipsis pie-
tatis religionisque regulis minus conuenire, in-
deque omittendum esse. Et quis unquam suf-
ficere arbitratur, ut iuste viuat tantum ho-
mo, non aequa honeste, imo prout religio in-
que DEV M summa pietas, quae primum et

prae-